VIIII. In montem assumpto petro iohanne et iacobo xps transfiguratur inter
moysen et heliam uisus ubi tria tabernacula petrus debere fieri dicit
et nube obumbrantur ac uox caelestis filium declarat · puerum lunaticum
liberat · ac se tradi habere pronuntiat ; et cogitantes discipulos quis
eorum maior esset instruit · ac non prohibendum qui in nomine suo uir
tutem faciat a samaritanis non recipitur et uolentes apostolos ignem
super eos descendere increpat sequi uolenti se non habere ubi caput
reclinet praedicit · alterum tamen ipse etiam patris morte intermissa
ad sequendum elegit · et alio uolenti suis primum renuntiare aratoris
figuram ponit retro aspicientis ·

X. Elegit · lxxii · quos mittit ad praedicandum ipse uero increpat ciuitates
et reuersos discipulos et eo dicit feliciores quod eorum nomina in caelo
essent scripta · ob quam rem gratias agit patri · quod bona sint
paruulis reuelata · et omnia sibi a patre tradita manifestat
quem neminem nisi filium nosse declarat · beatosque oculos qui uiderunt
id quod profetis non contigit · a legis perito temptatus mandata
quae fieri praecipit dns parabolam uulnerati quem leuita et sacerdote
praetereunte samaritanus colligit · apud martham mariae partem
conlaudat ·

XI. Post orationem propriam docet orationem et parabolam ponit
eius qui propter taedium det postulanti panem · petendum et
quaerendum et pulsandum exemplum adserens · demonium eiciens
in principem demoniorum idem farisaei opinantes destruxit
beatosque dicit qui audiunt uerbum et custodiunt dicens signum
ionae et reginae austri et nineuitas · in iudicio dicit fore beatos
et lucernam super candelabro ponit et quod oculus sit lucerna cor
poris · apud pharisaeum inuitatus lauandum potius quod intus
est elimosinis pronuntiat · increpans multos pharisaeos et legis
doctores ·

XII. Pharisaeis uolentibus cum eo contendere discipulos palam docet ·